Quelle: https://manuscripta.at/?ID=26491
Copyright: Admont, Benediktinerstift



MATHM

appciatu · qm appciauer filii israel · dederunt eos in agru
figuli · sicut constituit mihi dns · Ihc autem stetit ante psidem · et
interrogauit eum pses dicens · Tu es rex iudeorum · Dicit ei ihc ·
Tu dicis · Et cum accusaretur a principib sacerdotum · et seni
orib nichil respondit · Tunc dicit illi pylatus · Non audis quan
ta aduersum te dicunt testimonia · Et non respondit ei
ad ullum uerbum · ita ut miraretur pses uehementer · In die autem
sollempni · solebat pses dimittere populo unum uinctum
quem uoluissent · Habebat autem tunc unum uinctum insignem ·
qui dicebatur barrabbas · Congregatis ergo illis · dixit pylatus · eis
uultis dimittam uobis barrabban · an ihm qui dicitur xpc ·
Sciebat enim quod per inuidiam tradidissent eum · Sedente autem
illo pro tribunali · misit ad eum uxor eius dicens · Nichil tibi et
iusto illi · Multa enim passa sum hodie per somnum propter eum ·
Principes autem sacdotum et seniores persuaserunt populis ut
petent barrabban · ihm uero perderent · Respondens autem
pses · ait illis · Quem uultis de duobus dimittam · At illi dixerunt ·
Barrabban · Dicit illis pylatus · Quid ergo faciam de ihu qui dr
xpc · Dicunt omnes · crucifigatur · Dixit illi pses · Quid enim
mali fecit · At illi magis clamabant dicentes · Crucifi
gatur · Videns autem pylatus quia nichil proficit · sed magis tumul
tus fieret · accepta aqua laui manus coram populo dicens · In
nocens ego sum a sanguine iusti huius · uos uidetis · Et
respondens uniuersus populus dixit · Sanguis eius super nos · et super
filios nros · Tunc dimisit illis barrabban · ihm autem fla
gellatum tradidit eis ut crucifigeretur ·

Tunc milites psidis suscipientes ihm in pretorio · congre
gauerunt ad eum uniuersam cohortem · et exuentes eum
clamide coccinea circumdederunt ei · Et plectentes coro
nam de spinis · posuerunt super caput eius · et harundinem in
dextera eius · et genu flexo ante eum illudebant dicentes ·
Aue rex iudeorum · Et expuentes in eum · acceperunt harun
dinem · et percutiebant caput eius · Et postquam illuserunt ei exue
runt eum clamide · et induerunt eum uestimentis eius · et dux